5

PRISCORVM NVMISMATVM AD NVRENbergensis Monetæ ualorem facta æstimatio.

BILIBALDO PIRCKEYMHEro Patricio Nurenbergen. &c. Authore.

Addita sunt & aliorum aliqua quæ uersa pagina intelliges.

TVBINGAE PER HVLDENrichum Morhardum anno Dñi

M. D. XXXIII.

Andreæ Alciati libellus de ponderibus & mensuris.

Budæi quædam de eadem re. Item eiusdem breuiarium de asse & partibus eius.

Philippi Melanchthonis, de ijsdem ad Germanorum usum, sententia.

IO ANNI

GVLIELMO A LAVBEMBERG Nobilitate & doctrina Viro Clarissimo And. Ruttellius. S. D.

VVM TV NVPER Tubingam ueniens, me perquam humaniter in ædibus meis uisitares, Gulielme nobilis atq; mea quę habeo ueterum perlustrates numismata memori adhuc mente teneo, nos alijs confabulatiõibus dimissis eò tandẽ etiã proue ctos, ut & de ualore ac æstimatione eorundem, ad nostram monetam, commentaremur. Verum hinc inde confertis opinionibus, id nobis quod & alijs accidit, ut scilicet, incerti & dubij nostræ sententiæ penitus fere diffideremus. Neque tamen id immerito cum priscorum numorum explicã di ratio, hactenus uel doctissimis etiã uiris molesta fuerit. Esse tamen aliquot scio, qui hoc negotium haud infeliciter susceperint peragendum, inter quos haud postremus est magnus ille Bilibaldus Pirckeymherus Patricius Nurenbergen, clariss. qui præter

ſummã eius doctrinam, inſignem eloquentiam, omnium denicꝫ rerum experientiam haud paruam, uenerandæ quocꝫ antiquitatis ſtudium amplexus eſt, ac huius amoris ergò, totam hyemem hoc tempore, quo ego eius per quinquennium amanuenſis fui, explorandæ ueteris monetæ impendit labori. Omnia ſiquidem numiſmata, aurea & argentea, item ærea, quorum omnium magnum aceruum habuit, & ea, etiam quę apud alios deprehendere potuit, exactiſſimè ſingula ad libellam appendit. Animaduertẽs etiã eo tempore auri & argenti pretium, quò iuſtiſſime omnia examinare poſſet, cum Nurenbergenſium tandem monetæ contulit ualore. Vt autem antiquitatis ſtudioſi, hac ſua diligentiſſima opera neutiquam fraudarẽtur, ac ipſe ſibiipſi uixiſſe argueretur, haud dedignatus eſt compendio quodã perſcribere, ut uel alijs etiã, ad quos aliquãdo perueniret, ſtudium huiuſcemodi rei indagandæ adderet. Sed quum morte præuentus, pietatem ſingularem, quam in adiuuandis ſtudijs habuit, præſtare non poſſit, & ego unicus ab eo libellum hunc & habeam ac ueriſſime deſcripſerim, conſultum mihi uiſum fuit, ut ego eius nomine officium hoc ſtudioſis & antiquitatis cultoribus, exhiberẽ, Siquidem ipſum

etiam

etiã neminem cęlaturũ fuiſſe ſciam, ſed maiora potius exhibiturũ ubi ſupuixiſſet, ut q ſtudijs ꝓpuehendis natus. Quare hũc ſuum laborẽ libello hoc, licet paruo, ꝓ paruitate tamẽ ſua utiliſſimo contentũ, ut cõmendatior fieret, tuo auſpicio publicandũ cenſui. Meretur hoc ſummũ atq; adeò honeſtiſſimum antiquitatis ſtudiũ, quod tu uel inter mille unus unicè, & cũ magno ſumptu amplecti & excolere ſoles, deſerturus nunquã uel ad aras uſq;. Meretur & ſumma humanitas tua, qua me ita ꝓſequeris, ut qui maxime. Porrò quia aliorũ doctorum uirorũ ſtudium atq; laborẽ hac in re etiã extare ſciam, unum atq; alterum libellũ, quem cõſimili materia, ut dicitur, ædiderũt, huic Bilibaldi libuit addere, ne minimũ quidẽ illis pręripere uolens. Non enĩ dubito, quin negotiũ hoc compluriũ iudicio collato, clarius atq; facilius explicetur. Sunt autẽ quæ addidimus D. And. Alciati, Philippi Melanchthonis, item & Budęi, pari paruitate, nec minori utilitate, cõſcripti libelli. Interim tu paruũ hunc Bilibaldi benigno animo ſuſcipe, uel uenerãdæ antiquitatis amore, cui ille haud inter poſtremos impiger adfuit patronus. Bene Vale & Ruttellium tibi cõmendatũ habe. Ex illuſtri Tubingẽſi academia Die XXI. Auguſti. Anno Chriſti. M. D. XXXIII.

PRISCORVM NVMORVM AESTIMATIO per Bilibaldum Pirckeymherum Patricium Nurenbergenſium.

DMODVM DIFficile eſt, priſcã monetã tam auri q̃ argenti cum auro & argento ſeu moneta huius temporis, cõcordare maximè ob auri & argẽti ualorem, qui aſſidue uariatur, idq̃ monetariorum culpa, quibus paſſim licentia cudendæ permittitur pecuniæ. Hi ſiquidem quotidie aliquid tam de auri ac argenti puritate, quã pondere detrahunt, præcipuè belli tempore, & principibus cõniuentibus. Hinc accidit, ut ſemper pretiũ auri & argenti augeatur, monetarij enĩ quum licentiam habeãt monetã adulterandi, nõ multum de pretij curant augmẽto, quũ detrimẽtum illud abundè adulterando, ſupplere ualeant. Mercatores etiã quoties monetarios ob neceſſitatem aliquã emendi cupidos cernunt, aſſidue pretiũ augent. Verum damnũ illud in uulgi, tandem etiã dominorũ recidit caput quũ redditus & uectigalia illorum ſemper uiliori ſoluãtur pecunia. Sed præſens lucrũ licet puſillum, magno futuro prę fertur damno, nõ ſine ingenti regnorũ, ꝓuinciarum

ac populorum detrimento. Hinc est quod aureus Hungaricus, secundum quem communiter & aliud regulatur aurum, in maximum ascēdit pretium. Nam nostra memoria, tres aurei Hungarici, quatuor ualebant aureos Rhenenses, & aliquando etiam minus. Verum hoc æuo longe pretium hoc excesserunt. Proinde ut ad æstimationem ueteris monetæ quantum possibile est pertingamus, imprimis necesse est auri & argenti rationem, nec non pretiū illorum hoc tempore considerare, ita enim quā propinquè ad ueritatem accedere poterimus. Hoc igitur anno, id est, M. D. XXVIII. auri puri Marcha Nurenbergensis ponderis, hoc est, uiginti quatuor charatorum, aureos ualebat Rhenenses nonaginta tres. Licet in hac arte periti negent, aurum ad uiginti quatuor charatos decoqui posse. Sufficit tamen ut de puro, quantum possibile est, intelligamus auro.

Aurum autem Hungaricū, ualebat marcha, hoc est, unciæ octo, aureos Rhenenses octoginta nouem & aliquid plus. Cōtinet autem aurum Hungaricum, uel continere deberet, charatos uiginti tres.

Aurum uero Rhenense, quod charatos continet decem & octo, & sic, nisi tres partes auri puri, aureos ualebat Rhenenses septua-

ptuaginta & parum plus. Ex marcha auri Rhenenſis aurifabri non faciunt aureos ſeptuaginta, quemadmodum deberent, ſed ſeptuaginta tres & aliquando plus, & quicquid excedit, computant pro opera, ita fit etiam in aureis Hungaricis.

Argentum patrũ memoria, ualuit marcha, hoc eſt, unciæ octo, Rhenenſes ſeptem, deinde ad octo aſcendit, uerum hoc tempore ualet Rhenenſes octo cum dimidio & aliquando plus. Rhenenſes dico aureos, non monetam, nonnunquam uero aliquantulum minus. Sed hoc intelligendum de puro, quod ſubinde in moneta adulteratur. Facit autem marcha cum dimidia, libram unam Romanam unciarum duodecim. Si igitur aurum purum, cum argento comparetur puro, conuenient fermè undecim partes argenti cum parte una auri. Licet antiqui communiter decem partes argenti pro una parte auri computauerint.

Aureus igitur Hungaricus, q̃ admodũ cum ueteri auro cõuenit, quantum ad puritatem pertinet, pondus habet drachmæ unius, illius ponderis quo argentum Nurenbergæ uenditur. Nam eodem pondere aurum & argentum ponderatur. Valet autem hoc tempore aureus Hungaricus aureum Rhenenſem unum cũ tertia una & dẽ-

narijs uiginti Nurenbergenſibus, computando Rhenenſem pro libris nouem monetæ.

Nunc uideamus quomodo aurei Hungarici & Rhenenſes cum ueteri concordent auro, quod & ipſum fere continet in bonitate ſcrupula uiginti tria. Verum antequã id fiat, exactius auri rationẽ intelligere eſt neceſſe. Igitur quemadmodum antiqui libram in duodecim diuiſerunt uncias, unciam autem in drachmas octo, drachmam in ſcrupulos tres, Scrupulum in obolos duos, Obolum uero in ſiliquas tres, ita & nos ex modernorum facimus uſu, ac drachmã quoq; ita diuidimus ut habeat ſcrupulos tres, moderni uocant Say. Scrupulus autem ut cõtineat charatos ſeptuaginta duos.

Hungarici igitur auri libra Romana una, cõtinet uncias duodecim drachmas uero nonaginta ſex, ualet igitur Rhenenſes aureos ~~tredecim~~ cum dimidio. 133.

Mina uero ſeu pondo habet drachmas centum & ſic unciam dimidiã plus quàm libra, & ualet aureos Rhenenſes centum triginta nouem, denarios ſedecim.

Vncia auri Hungarici, aureos Rhenenſes ualet undecim, denarios triginta tres.

At uncia dimidia eiuſdem auri, Rhenenſes

uenſes quinque cum dimidio, denarios ſe-decim.

Drachma quæ eſt pars octaua unciæ, & aureus Hungaricus, ualet aureum Rhenenſem unum, libras tres cum dimidia, denarium unum.

Scrupulus ualet libras quatuor, denarios quinq;.

Granum autem auri Hungarici, ualet denarios Nurenbergen. quinq;.

Sanè ne hoc prætereundum quod charatus in auro dupliciter conſideratur, hoc eſt tam in iudicatura quàm in pondere, nempe ut aurum purum contineat charatos uiginti quatuor, uel circiter, inſuper ut per Charatos etiam ponderetur, ita tamen ut quicquid de puritate decedat ſubtrahatur à ualore.

Nunc uero aureorum antiquorum pondus conſiderabimus, & primo græcorum, ex quibus plures appendi, utpote Philippi Alexandri, Pruſiæ, Mithridatis, Demetrij & aliorum, qui omnes ferè ex auro, conſtabant Hungarico, hoc eſt, uiginti trium charatorum. Continebant autem in pondere ferè omnes pondus aureorum Hungaricorum duorum, hoc eſt, drachmarum duarum NVRENBERGENSIVM & præterea ſcrupulum unum. Valet

igitur unus Rhenẽses tres, libras duas, denarios quinq;. Cæterum triplices Alexandri Magni aureos repperi: ex primis ponderabat unus aureos Hũgaricos tres, alius Hungaricos duos cũ scrupulo uno & dimidio, tertius uix dimidij Hũgarici æquiparabat pondus. Præterea inter aureos Romanorum, non paruam deprehendi differentiam, nam & bonitate & põdere multũ distabant. Etenim à Iulio Cæsare usq; ad Vespasianum auri fere pdurabat bonitas, sed inde paulatim deficere cœpit, quamuis etiã sequentiũ Cæsarũ aurei aliqui exprobo constent auro, ut plurimum tamen, quã to plus temporis effluxerat, tanto etiã magis auri puritas ac pondus minuebatur. Repperi igitur aureos, sed paucissimos qui fere eiusdem ponderis erãt, ut græci, nempe drachmarum duarum cum scrupulo uno, & quod mirabar, unum talem Aurelianum Cæsarem deprehendi. At reliqui etiã qui erãt ponderosissimi, duos aureos Hungaricos & grana duodecim nõ excedebãt, ut plurimum tamen non plus quàm grana sex continebant: inde recẽtiores, ueluti Diocletiani & reliquorum, nõ plus quàm aureum unum Hungaricum ponderabant. Igitur si ij qui communiter drachmas duas cum granis quinq; uel sex ponderant, cum

auro

auro comparentur Rhenenſi, ualebit unus aureos Rhenen. tres uel circiter. Romanum itaq; aureum pro tribus aureis Rhenenſibus æſtimamus, licet aliquid, ſed parum plus, ualeat. Et hæc de auro dicta ſint, nunc uero ad argentum tranſeamus.

Si argenti marcham pro aureis Rhenenſibus octo cum dimidio æſtimabimus, licet iam aliquanto carius uendatur, ualebit libra Romana, Rhenenſes duodecim cum quartis tribus. Verum id intelligi debet de argento puro, hoc eſt, cum marcha contineat in iudicatura uncias octo. Verum nũquam ea bonitate argentum cuſum eſt, ſed ad ſummum ut de puritate drachmæ binæ deeſſent, cõmuniter tamen ut haberet marcha uncias ſeptem cum dimidia. Si igitur marcham unciarum ſeptem cum dimidia æſtimare uelimus, hoc eſt, ut ſemiuncia à perfecta deſit puritate, ualebit marcha Rhenẽſes octo & parum plus. Libra uero Romana, hoc eſt, drachmæ nonaginta ſex, Rhenẽſes quaſi duodecim. Vncia uero ualebit Rhenenſem unum, uncia dimidia Rhenenſem dimidium. Drachma uero circiter denarios triginta tres. Scrupulus denarios Nurenbergenſes undecim.

Græci denarij ponderoſiores, ac magni quos appendi pentadrachmæ erant, pon-

derabant enim drachmas quinq;, & ita ua lebat unus aureum Rhenenſem, dimidium & denarios Nurenbergen. triginta tres. E= rant, & aliqui tetradrachmi, hoc eſt, drach marum quatuor, minores uero ponderá= bant drachmam unam, ſcrupulum unum, ualebat ergo unus denarios Nurenbergen. quadraginta quatuor. Inter Romanos ue= ro denarios non paruam reperi differen= tiam, nam antiquiſſimi quidam, maxime Conſulum, ad quatuor ſcrupulos, quem= admodum græci, adpropinquabant. Alĩ uero & præcipue Cæſarum non ultra dra= chmam ponderabant. Tertĩs uero de dra= chma aliquid decedebat, & quemadmodũ deficiebant in pondere, ita etiam longius ab argenti aberant puritate, immo magna pars illorum erat adulterata. Si igitur dra= chmam unam Nurenbergenſem, pro dena rio uno acceperimus, quemadmodũ etiam pro maiori parte ponderant, & marcham pro unciis ſeptem cum dimidia çſtimemus, ualebit denarius argenteus, Nurenbergen. denarios triginta tres, & hac ratione octo denarĩ argentei facient, quaſi aureum Rhe nenſem unum. Vndecim uero quaſi aure= um Hungaricum. Et hoc pacto quum nec aurum nec argentum ad plenam accedat puritatem, quaſi undecim partes argenti

cum

cum una parte auri, concordabunt, & si aliquid decedit hoc monetariorum fraus ademit. Cæterum nec hoc omittendum est, auri et argenti pondus, multum secundum regiones uariari, non secus ac libram: nam quod alicubi drachma est, id alibi quatuor ponderat scrupulos & è conuerso. Nos uero pondus illud secuti sumus, quo Nurenbergæ aurū ponderatur & argētum. Quū igitur denarius argenteus ex drachma constet, ponderis Nurenbergensium. Centum denarij, hoc est, mina una seu pondo, ualet Rhenenses duodecim cum dimidio. Mille denarij, ualebunt aureos Rhenen. centum uiginti quinq; quasi.

Sestertij quatuor, uel numi qui erant ærei, ualebant denarium unum argenteum, & sic sestertius ualebat denarios Nurenbergen. quasi octo.

Sestertij centum, ualebant aureum unū, sed qui iusti esset ponderis, Rhenenses uero tres, denarios triginta tres.

Mille uero Sestertij ualebant Rhenenses triginta unum & quartam quasi.

Sestertium uero maius in neutro genere, quod non in ære sed argento intelligi

debet, minas duas argenti cum semisse continebat, hoc est, drachmas uel denarios ducentos quinquaginta. Valebat igitur sestertium, aureos Rhenenses trigintaunū, quartam unam, & parum plus. Sestertiū & mille sestertij unum & idem est, & ualet, ut dictum est, Rhenen. triginta unum & quartā quasi. Decem sestertia, & decem milia sestertia numorum, unum & idem est, & ualent Rhenen. trecētos duodecim cum dimidio. Centum sestertia ualent Rhenensium tria milia, centum uiginti quinque. Decies Sestertium, decies centena milia Sestertium significat, & hæc summa centies maior est decem sestertijs: nam idem est decies sestertium quod mille sestertia, ualetq; Rhenenses semel & triginta milia, ducentos quinquaginta. Centies sestertium designat centies centena milia sestertium numorum, & ualet Rhenenses trecentum, & duodecim milia quingentos. Milies sestertium ualet semel & trigesies centum, & uiginti quinq; milia.

Ex talentis autem licet multa extiterint, duo tamen præcipue in usu fuere, talentū magnū Atticū, quod & Euboicum dictum est, & talentum Atticum minus. Talentum magnum Atticum seu Euboicum continebat minas octoginta, & ualebat talentum magnū

magnum auri Rhenen. decem milia nonin gentos sexaginta quinq; uel circa. Talentū uero magnum seu Euboicum argenti, ua= lebat Rhenensium mille. uel circiter. Ta= lentum Atticum Minus, habebat minas sexaginta, & ualebat talentum auri, Rhe= nēses quasi octo milia, trecentos quadra= ginta quatuor. Talentum uero Atticum minus, argenti, ualebat Rhenen. septingen tos quinquaginta. Talentum Babylonicū habebat minas septuaginta. Talentū Aegi netum continebat minas centum.

Cæterum ut etiam de ære dicamus scien dum ubi legimus milia eris grauis, ibi mi= lia assium intelligere debemus. Et licet de= narius urgente Hannibale pro sedecim as= sibus permutatus sit, in militari tamen sti= pendio, semper denarius pro decē assibus datus est. Valuit itaq; Nurenbergen. De= narios tres & paulo plus. Centum igitur as ses decem faciebāt denarios. Mille uero as= ses, seu mille æris, centum ualebant denari os, hoc est, minam unam, sicq; ualebant au reos Rhenenses duodecim cum dimidio.

Quadrātes quatuor, ualebāt assem unū, Sestans quadrante minor erat.

Vt igitur rursus, & quasi à lare inchoe= mus Denarius seu drachma argenti ualuit

Denarios Nurenbergenſium circiter triginta tres.

Denarij centum, hoc eſt, mina una ſeu pondo ualet aureos rhenen. duodecim cũ dimidio. 12 $\frac{1}{2}$

Mille Denarij, hoc eſt, decem pondo, ualent rhenenſium centum uiginti quinq; ferè. 125

Seſtertij quatuor, uel numi qui ærei erãt ualebant denarium argenteum unum. Seſtertius ualebat denarios Nurenbergenſiũ quaſi octo. Seſtertij centum ualent aureum unum Romanum, ſed qui iuſti eſſet ponderis, rhenenſium uero tres cum denarijs triginta tribus. 3 ♂ 33. Mille Seſtertij ualent rhenenſiũ triginta unum cum quarta quaſi. 31 $\frac{1}{4}$

Seſtertiũ in neutro genere, ualet rhenen. tringinta unum cum quarta ferè. 31 $\frac{1}{4}$

Seſtertia decẽ ualent rhenen. trecentos duodecim cum dimidio. 312 $\frac{1}{2}$

Seſtertia centũ ualent rhenen. milia tria centum uiginti quinq;. 3125.

Seſtertia ducẽta ualent rhenen. milia ſex ducentum quinquaginta. 6250

Seſtertia quadraginta rhenen. milia duodecim quingentos. 12500.

Seſtertia quingenta rhenen. quindecim milia ſexentũ uiginti quinq;. 15625

Seſter=

Sestertia sexcenta rehenen. decē & octo milia septingentos quinquaginta. 18750

Sestertia septingenta rhenen. milia uiginti & unum octingentos septuaginta quinque. 21875

Sestertia octingenta rhenensium uiginti quinq; milia. 25000

Sestertia noningenta Rhenensium, uiginti octo milia centum uiginti quinq;. 28125.

Sestertia mille, rhenensium triginta quatuor milia, trecentum septuaginta quinq;. 34375

Decies Sestertium, id est mille Sestertia rhenen. milia unum & triginta ducentum quinquaginta. 31250

Duodecies Sestertium, rhenensium triginta sex milia septingentos quinquaginta. 76750

Quindecies Sestertium rhenen. quadraginta quinq; milia noningenti septuaginta quinq;. 45975

Vicies Sestertium rhenen. duo & sexaginta milia quingenti. 62500

Quadragies Sestertium rhenen. centum & uiginti quinq; milia. 125000

Quinquagies Sestertium rhenen. centū & quinquaginta sex milia ducenti quinquaginta. 156250

Sexagies Sestertium Rhenensium centū & octoginta septem milia quingenti. 187500.

Centies Sestertium rhenen. trecenta & duodecim milia quingenti. 312500.

Quadringenties Sestertium rhenen. duodecies centena & quinquaginta milia. 1250000.

Quingenties Sestertium rhenen. quindecies centena & sexaginta duo milia quingenti. 1562500.

Milies Sestertium rhenen. semel & trigesies centena, nec non uiginti quinq; milia quingenti. 3125000.

Libra auri Hungarici quod idem est, cū Romano auro ualet Rhenen. centū triginti tres cum dimidio. 133 $\frac{1}{2}$

At mina seu pondo rhenen. centum triginta nouem denarios sedecim, quia continet quatuor drachmas plus quàm libra. 139. ß. 16.

Talentum magnum auri quod & Euboicum ualet rhenen. decem milia noningentos sexaginta quinq;. 10965.

Talentum minus auri ualet rhenen. octo milia trecentum quadraginta quatuor. 8344.

Pondo argenti seu mina ualet rhenensiū duodecim cum dimidio. 12. $\frac{1}{2}$

Talentum

Talentum magnum argenti ualet Rhenenſes mille. 1000

Talentum minus argenti ualet rhenenſium ſeptingentos quinquaginta. 750.

Talenta quinq; argenti minora Rhenenſium tria milia ſeptingẽtos quinquaginta. 3750.

Talenta decem rhenen. ſeptẽ milia quingentos. 7500

Talenta quindecim rhenenſium undecim milia ducentum quinquaginta. 11250.

Talenta uiginti rhenenſium quindecim milia. 15000.

Talenta uiginti quinq; rhenenſium decem & octo milia ſeptingenti quinquaginta quatuor. 18754.

Talenta triginta rhenen. uiginti duo milia quingenti. 22500.

Talenta quadraginta rhenenſi. triginta milia. 30000.

Talenta quinquaginta rhenen. triginta ſeptem milia quingenti. 37500.

Talenta centum rhenenſium ſeptuaginta quinq; milia. 75000.

Talenta ducenta rhenen. centum quinquaginta milia. 150000

Talenta quadringenta rhenen. trecentũ milia. 300000.

Talenta quingenta rhenen. trecentū septuaginta quinq; milia. 3755000

Talenta mille rhenen. septingenta quinquaginta milia. 750000

Talenta duo milia Rhenensium centies & quinquagies centena milia. 1500000

Talenta decem milia Rhenensium. 7500000.

Siclus teste Hieronymo & Iosepho quatuor Drachmas argenti ualebat, Græcis est Stater.

SVMPTVVM QVORVNDAM æstimatio.

SIngula persica, ualebant Romæ numos trigínta, hoc est, libras Nurenbergen. tres, denarios nouem.

Par columbarū, quod uendebatur producentis numis, faciebat aureos Rhenen. sex & quartam. Si quadringentis, duodecim rhenen. cum dimidio. Si pro mille numis, quemadmodum eximia uendebātur, ualebant rhenenses tredecim & quartā.

Pauones singuli, quinquaginta denarijs uendebantur, hoc est, rhenensibus sex & quarta.

Turdi tribus uendebantur denarijs.

Pediti

Pediti Romano decem asses quotidie pro stipendio dabantur, hoc est, denarius unus.

Pena Camilli à populo indicta, quinde cim milia grauis æris, id est, sex milia numum, ualuit, Rhenen. centum octoginta septem cum dimidio.

Prima Classis census à Seruio Tullio instituta fuit, quæ centum milia æris uel supra habuit, ualuere autem rhenen. mille ducentos quinquaginta.

Secunda Classis fuit eorum qui habebant incēsu septuaginta quinq; milia, hoc est rhenen. nongentos triginta septem cū dimidio.

Annua centena, quæ Vespasianus latinis & græcis rhetoribus constituit, aurei rhenenses fuere ter mille centum uiginti quinq;.

Cœna Pompeio & Ciceroni à Lucullo in Apolline data, impendia quinquaginta milium ualuit, rhenen. mille quingentos uiginti duos cum dimidio.

Mancipia communiter ueniebant mille drachmis, hoc est Rhenen. centum uiginti quinq;, pretiosiora uero mille quingentis drachmis, hoc est, Rhenen. centum octoginta septem cum dimidio.

Serui lectores, uendebantur centum mi libus numorum, hoc est, Rhenen. mille du= ce ntis quinquaginta.

Coci, Parasiti, & uinitores, uendeban tur Rhenensibus ducentis quinquaginta duobus eodem pretio uendebantur & E= qui.

Captiui Romani, ab Achæis redempti, à Flaminio admoniti, statuerunt pretium pro capite, Denarios quingentos, hoc est, Rhenenses sexaginta duos cum dimidio.

Crassi domus sexagies Sestertio æstima ta, ualuit rhenen. centum octoginta septem milia quingentos.

Cicero uigesies Sestertio habitauit, hoc est rhenen. 62500.

Pomponius Atticus Ciceroni è patria fugienti, ducenta quinquaginta Sestertia donauit, hoc est, rhenen. septē milia septin= gentos duodecim.

Caput Ciceronis, ab Antonio decies Se stertium est licitatum, hoc est, triginta unū milibus ducentis quinquaginta.

Virgilius pro singulis uersibus dena ab Octauio accepit Sestertia, hoc est, pro sin= gulis uersibus Rhenen. trecentos duode= cim cum dimidio. Virgilius possedit cen= ties Sestertium, hoc rhenē. trecenta & duo decim milia quingentos.

Cœnæ

Cœne ab Augusto taxatæ fuere ducentis Sestertijs, hoc est, rhenen. sex cum dimidio. Diebus uero festis Sestertijs trecentū, hoc est, rhenen. nouem, lib. tribus, denarijs nouem. Repotijs uero, hoc est, postridie, post nuptias. Sestertijs mille, id est, rhenen. triginta uno & quarta.

Tot Cæsar uiritim populo legauit.

Bucephalus Alexandri, emptus tredecim talentis ualebat Rhenen. nouem milia septingentos quinquaginta.

Speusippi libri, ab Aristotele tribus empti talentis, ualuere rhenen. duo milia ducētos quinquaginta.

Libri Philolai à Platone empti ualuere tredecim milia noningentos sex.

Laidis postulatio à Demosthene pro concubitu, decem milia denariorum fuere rhenen. mille ducenti quinquaginta. Si uero cētum petijt Sestertia ut quidam uolūt, fuit pretium rhenen. tria milia centum uiginti quinq;.

Equestris census sub Iulio quadringentis Sestertijs constitit, hoc est rhenen. duo decim milibus quingentis.

Augustus auxit censum senatorū à quadringentis Sestertijs ad Sestertia mille ducenta, hoc est, rhenen. triginta septem milia ducentos septuaginta quinq;.

Isocratis oratio uiginti talentis uendita ualuit rhenen. quindecim milia.

Erasistratus, sanato rege Antiocho, centum talentis donatus est, hoc est, aureis rhenen. sepuaginta quinq; milibus.

Aristidis Thebani pictoris tabula totidem æstimata fuit.

Aes alienum Cæsaris, pro quo Crassus spopondit octingentorum & triginta talentorum fuit, hoc est, aureorum rhenen. bis & sextagies centena, & uiginti quinque milia.

Cæsar quũ in Hispania diceret bis millies & quingenties centena milia sibi adesse oportere ut nihil haberet, faciunt hæc 250000000. rhenenses.

Diuitiæ Crassi, talenta ducenta quinquaginta faciunt rhenen. 4625000

Cæsar Seruiliæ margaritam emit, sexagies Sestertium, hoc est centum & octoginta septem milia quingentis rhenen.

Cleopatræ margarita, ualuit centies Sestertium, id est, rhenen. trecenta & duodecim milia quingentos.

Apelles pictor Alexandrum uiginti talentis auri pinxit, hoc est rhenen. 1668£0

Mullus sex milibus, scilicet, æris apud Iuuenalem emptus, facit rhenen. centum octoginta septem cum dimidio.

Coruus

Coruus ab Augusto uigiti sestertijs emptus, ualuit rhenenses sexcentos uiginti quinq;.

Demosthenes quindecim talenta ex patris hereditate accepit, hoc est rhenenses undecim milia ducentos quinquaginta.

FINIS.

ANDREAE

ALCIATI IVRISCONSVLTI de Ponderibus & Mensuris libellus, ad clarissimum Iureconsultum, & Cæsareum Senatorem, D. Hieronymum Archintum Mediolanensem.

VMVNA DE COMmunibus studijs uerba faceremus, & de ueterũ mensuris mẽtio incidisset, dixisti eũ tibi tractatũ pobscurum uideri, nec in ea re oĩnó tibi placere, quæ à recentioribus, Budæo, Portioq́ traduntur, quorum alter & si Græce Latineq́ doctus, magnęq́ eruditionis uir, quid in hoc argumento difficultatis subesset, diffusissime quidem ostenderit, nõ tamen dissidentes simul tot authores conciliarit, alter uero in cæteris diligentissimus, hac in re tam suspensa manu scripserit, ut nõ multo studiosis usui esse possit. Ambo certe in mensurarũ ponderibus inuicem discrepẽt dubiumq́ relinquant, utri magis adhibenda sit fides. Rogasti itaq́ me, uel potius coegisti,

egiſti, ut ſententiæ te meæ certiorem facerem, nõ potui precibus tuis diutius aduerſari, cum ob immenſum meũ erga te amorem, (nec cõquieuerat Leopoldus Dyckius meus, ſubinde ad hoc generis ſtudiũ adhortans, ut totius rei literariæ, tum præcipuè Iuris profeſſoribus quàm liberaliter gratificarem) tum quod publica etiam ſtudiorum cauſa, quam citra prꝛuaricationis notam deſerere non poſſum, me hortabatur, ne freti tantis ducibus, Studioſi in utraḿq; aurem dormientes, uel à uero aberrarent, uel incertiores quam prius, quꝛendum amplius cenſerent. Nec uero ferre iniquo animo hoc ipſi debent, qui ſupra omnem inuidiæ aleã poſiti, quod in ſe fuit, primi rem fœliciſſime aggreſſi ſunt, ſi deinde alĩs atq; alĩs artificibus inuentũ ſuum clarius illuſtriusq; reddatur, cõcedant mihi, quod etiam parci agricolæ non ſolent prohibere, ut poſt optimorum uindemiatorum terga racematione faciam, illectam ue ſtipulã poſt meſſores colligam. Tu uale, & lege fœliciter.

IN primis inter authores id cõstat, quod in ponderibus est As, in Geometricis mensuris Pes, in aridorum uel etiã humentium mensuris esse apud Romanos Sextarium, principium uidelicet quoddam, ad quos cæteræ maiores mensuræ referuntur. Quo fit, ut qui eius certam scientiam habuerit, facile sequentia intelligat, qui nõ habuerit, quanto magis progreditur, tanto profundius fallatur, & toto (quod aiũt) aberret cœlo. Sextarium ergo Isidorus uiginti quatuor Vnciarum esse definiuit, cuius sententiæ assertor uideri potest Africanus, qui Libram esse Sextariꝝ dimidiũ scripsit. Et Plinius dum Heminam (quæ dimidium Sextariꝝ capit) esse & Minam author est, subditq; in ea Drachmas Atticas centum esse. Addunt & in eandem sententiam quasdam rationes recentiores quidã, quæ rem in coniecturã potius deducunt, quàm in probationis fidem. Ego non uideo, quid hosce summi iudiciꝝ homines impulerit, ut Isidorum nequaquam bonum authorem opinatissimis scriptoribus prætulerint, è quibus Plinius Lib. xxi. capite ultimo, Cyathum pendere Drachmas decem scripsit, unde cum in Sextario constet duodenos esse cyathos, consequens est, Sextarium nõ xxiiiꝝ. Vncias, sed Drachmas, cxx. hoc est, quinde=

Sextarius

quindecim Vncias pendere. Idem à Rhemnio Fannio Palæmone in carmine de ponderibus proditum est, quod opus nomine Prisciani uulgo circunfertur, ubi de Cyátho loquens, bis quinq;, inquit, hunc faciunt Drachmæ, si appendere uelles. Sed & Græci ξέστην suum, quem Sextarium Plinius solet appellare, Libræ esse scripserunt uunius, itemq; Semissis. Sic Paulus Aegineta, sic & interpres Nicandri, sic & Suidas ipse in dictione μέδιμνος prodidit. Huic sententiæ etiã accessit Serapion Arabs Medicus, qui apud Dioscoridem libro primo, capite de Pinu, quod Græce legitur, tres Cyathos, quatuor Vncias, ipse transtulit, constat autem Cyathos duodecim in Sextario esse. Accedit his, quod in confesso est, Modium Sextarios sedecim continere. Quapropter ex Isidori ratione xxxñ. Libras pendere deberet, & tamẽ Plinius Libro xviiñ. authoreſt, Modium tritici leuissimũ pendere Libras uiginti, grauissimum Libras xxvñ. & Dodrantem. Sed & Iuuenalis Satyra sexta mulierem quandã describit, quæ quoniam uitrum omne purum, ut Dioscorides libro quinto scribit ὀρεκτικὸν est, ipsa ante cibũ quo appetentiam excitaret de Oenophoro, quod ut sola biberet, ante pedes seruabat, alterum Sextarium duceret. Vnde

ξέστης

oſtenditur haud quaquam tantæ menſuræ Sextarium fuiſſe, alioquin bibaciſſima fuiſſet exiſtimanda, quæ uel duos Sextarios integro prandio ſorbillaret. His igitur rationibus arbitror Iſidori ſententiam ueram non eſſe. Quid ergo cenſendum? ipſe menſuras ſiue humidorum, ſiue arentium, eiuſdem ponderis non eſſe, & apud Nicandri interpretem, & apud Palæmonẽ legi. Qua propter, ſi uaſculum, quod Sextarium tritici capiat, pondusq; unciarum ſedecim habeat, quis aqua uel uino impleuerit, uiginti ferè uncias efficiet, grauius enim eſt uinum ſeu aqua non ſolum tritico, ſed etiam oleo. Mel quoq; utpote grauiſſimum, pondere à cæteris differt, ita ut in duabus quibusqué Libris Selibra ſuperſit, ſi conferatur oliuo. Cum ergo in pondere menſuræ huiuſmodi differant, arbitror ueteres in cõmune conſtituiſſe, ut Vnciarum quindecim eſſet Sextarius, ut quod uas leuiſſimi tritici Vncias quindecim cõtineret, Sextarius eſſet. Sic de aqua, oleo, melle, cæterisq;, ſiue aridis ſiue humentibus. Nam & huius ponderis, ut infra oſtendã, fuit etiam Græcorũ ξέσης, ſic opinor à Sextario noſtro dictus. Hæc enim uox apud ueteres Ariſtotelem, Theophraſtum, Herodotũ, idq; genus ſcriptores non inuenitur, ſed apud Dioſco=

Dioſcoridem, Paulum Aeginetam, & huiuſmodi, qui rerum potiẽtibus Romanis, & Latina lingua etiam in prouintijs receptа, floruere. Cum itaq; conſtituerimus quid ſit Sextarius, cætera nullius difficultatis ſunt. Dimidium Sextarij Hemina eſt, quã aliqui Græci corrupte Minam appellant. Hincq; factũ eſt, ut pleriq; bilibrem Sextarium crediderint, quod unius Libræ Minam eſſe cognouerant, quo in errore recentiores hoſce præiuiſſe uidentur, quos ſupra retuli, Africanus & Plinius. Et ut demus eos ita ſcripſiſſe, utrumq; id defendit, quod ab alijs ſcriptoribus accepta referũt, quorum fidem ipſos præſtare minime conuenit, alioqui Plinius pugnantia dixiſſet, cum decem Drachmas pendere Cyathum affirmet: mihi tamen ueriſimilius uidetur, ſcriptorum incuria codicem corruptum, qua de re infra quoque diſerturus ſum. Doctiores enim Heminam hanc non Minam ſed Cotylam uel Tryblion dicunt, hæc ſenis Cyathis conſtat, qui & Sextarij unciæ dici poſſunt, qua ratione dicimus, Sextantem, Quadrantem, Trientem, deuncem, duos, tres, quatuor, undecim Cyathos. Sextarios quatuor Chœnix continet, quam interpres Nicandri pendere Libras ſex author eſt. Eſt & alio pondere apud Athenie

Hemina Mina.

Cotyla. Sextans

Quadrãs Triens Deunx Chœnix

ſes Chœnix. Sed nunc de Romanis menſuris loquar.

Congius

Congius Sextario nomen dedit, ſex enim Sextarij eum efficiunt, is χοῦς Græce dicitur, & ut Suidas ſcribit, differt ab ea menſura, quæ χοὶς dicitur: eſt enim illa δίξεσης, hoc eſt, duorum Sextariorum. Quam tamen differentiam nuſquam alibi proditam memini, nec Palæmon ipſe agnouit. Modius Sextarios habet ſedecim.

Modius.

Romana uox, quam Medimnum Græcis eſſe Politianus credidit, in quam ſententiam etiam iuiſſe uideo Yſichium & Lucianum, qui in Dialogo Alexandri & Annibalis cæſorum Romanorum annulos μεδίμνοις menſos fuiſſe tradit cũ Titus Liuius, & cæteri Latini, unde ipſe ſumpſit, Modijs dicãt. Sed certe nõ uidetur Græci Modiũ Latinum ſatis intellexiſſe. Medimnus em̃ maior eſt, ut q ſex Modios habeat. Quamuis Siculũ Medimnum quinq; Modiorum eſſe, Cicero in Verrem oſtendat, & Atticum Medimnum ſeptem Modiorum, Cor. Nepos in uita Pomponij Attici ſcripſerit. Sed ipſe ſuſpicor corruptum numerum, qui ex his, quæ inferius dicturus ſum, corrigendus ſit. Suidas quodam loco Modium arbitratur duodecim Sextariorũ eſſe, quæ ſententia doctiſſimis ſcriptoribus repugnat.

Medimnus.

Vrna.

Vrna Sextarijs ui-

ginti

ginti quatuor cõficitur, ut libro ultimo, ca. xx. Columel. ſcribit, cuius duplũ eſt, Quadrãtal ſiue amphora eodem authore. Amphoras xx. Culeus habet. Sane amphoram cũ Gręci ſignificãt ἰταλικὸμ κεράμιον ſolẽt appellare, capit enĩ Congios octo, qui ſunt Sextariñ xlviiñ. Nam Amphora Gręca. quã maſculino genere ipſi τὸν ἀμφόρεα uocãt, à noſtra multum diſtat, ut quæ ſolũ xxxvi Sextarios noſtros contineat. tametſi Attica amplior ſit, ut infra dicam. Sed & Medimnus Atticus à cæteris non parum differt, is Chœnicas octo & quadraginta cõplectitur, cuius dimidium eſt Semimedimnus, tertia pars triteus, id eſt, Tertiarius ſedecim Chœnicum. Sexta pars ἕκτευς, id eſt, Sextarius, octo Chœnicas habens, cuius dimidium eſt ἡμίεκτον. Ariſtophani in Nubibus, quatuor Chœnicum, qui & Tetrametrum ibi appellatur. Metron enim, ut eius Poetæ interpres atteſtatur, pręcipue Chœnica appellabant, ex eo quod illa principiũ ſit omnis ferè mẽſuræ, quapropter & a quibuſdam Libra dicta eſt, ſed improprie. Videtur Rhemnius Palæmon nõ ipſam Chœnicem, ſed eius dimidiũ Libram appellaſſe dum Atticam Libram commemorat ponderis Drachmarum lxxv. Erat autem Chœnix, ut Iul. Pollux, et Suidas, et interpres Ni

Quadrãtal.
Amphora.
Culeus.
Medimnus Atticus.
Chœnix
Sextarius.
Tetrametrum.
Libra.
Chœnix

candri ait, Cotylarum trium, id est, ut idē interpres inquit, septem & uiginti unciarū Græcarum, quantum uidelicet in dies singulos panis solebant seruis antiqui demeti ri. Vnde apparet Chœnicis Atticę differē tia ab alia communi Græcorum Chœnice, quæ Sextariorū quatuor erat. De hac Attica intellexit Herodotus libro septimo, dum quinquaginta & xxviij. hominū Myriades, quas in Græciam Xerxes duxit, absumere potuisse Medimnorum Myriadas undeci scribit, si singulis hominibus Chœnix tritici fuisset admensa. De hoc Medimno etiā Suidas intellexit, dum Medimnum scripsit Sextariorum esse lxxij. & pendere Libras cētum & octo. Hincq; etiam ostenditur, Athenienſium mensuras à cęterorū, tam Græcorum q̄ Latinorū mensuris plurimum differre, quod & in uncia, Libra, et Choëo, & Amphora, & Mina dicendū est. Et primo de uncia loquamur. Scribit Plinius libro uigesimo primo, in drachma Attica sex esse Obolos, in Obolo Chalcos, id est, Aereolos decem, in Obolo uero Græcorum cōmuni octo tantummodo Chalcos esse, Iul. Pollux libro nono, Paulus Aeginęta, & cæteri tradunt, quo fit, ut Vncia Attica, quæ eadem cum Romana est, Chalcos habeat ccccIxxx. cum Vncia Græca solos

habeat

habeat ccclxxxiiij. Merito ergo Cornelius Celsus libro quinto, capite xvij. in Vncia Græca pondus septem Denariorum esse tradit, cum alioqui Latina & Attica uncia Denarios habeat octo, tametsi nec eius ratio omnino quadret, quandoquidem id septem denariorū pondus aliquāto grauius est Vncia Græca, sed maluit Celsus paulo ampliorem modum dicere, q̄ leuiorem, quod fecisset, si sex Denarios in Vncia solos constituisset, continueret enim Chalcos præterea quatuor & uiginti, Eadē ratione factum est, ut cū Sextarius Romanus quindecim Vnciarum sit, ut supra dixi, Græci suo Sextario uncias octo & decem attribuant, quod uidelicet Vncia cōmunis ipsorum nostra itemq; Attica leuior sit, in ponderēq; decem & octo Vnciæ ipsorum, & quindecim nostrę ferè nihil differāt. Et hęc de Vncia satis. Nunc de Libra uideamus, quam illi λίτραν dicunt, & minimū fuit pōderis, uidelicet Stagiorō, id est, Sextularū trium, ut interpres Nicandri scribit, de qua multe quoq; Iul. Pollux scripsit, cui opinioni adstipulatur etiam Ysichius, qui λίτραν interpretatur Siclū, qui idem est cū Stagiris tribus, & tamen Libra Græca communis ipsa quoq; est Vnciarum duodecim. Est & alia Attica Libra, cuius meminit Rhēnius Libra.

Palæmon, ponderis Drachmarum lxxv. quarta uidelicet parte minor noſtra Libra cuius ſupra mentionẽ fecimus, ſed impro= prie hanc Libram uocitari ſupra dixi. De
Choeus Choeo non minor eſt uariatio, nam Choa Græcum ſupra diximus Latinum Congiũ eſſe, continereq; ſex Sextarios. At Diuus Hieronymus Cõmentariorum in Ezechi= elem libro primo, Choa Atticum, Sextari um Italicum eſſe dixit. Quam ſententiã ne improbem, authoritas quoq; Plinĩ facit, qui libro decimoquarto de nectarite uino uerba faciens, quod apud Dioſcoridem fie ri legerat. Vncĩs quinq; radicis εἰς χοᾶς quĩq; muſti additis, uertit in Sextarios ſex, ut Atticum Choa apud authorẽ (quiſquis fuit, ſeu Dioſcorides, ſeu alius unde ipſe ac cepit) legiſſe eum credam. De eo etiam in=
Rhyton tellexiſſe Athenæum arbitror, qui Rhyton (cuius uaſis etiam Martialis meminit) de= ſcríbẽs, ſimile eſſe cornui dicit, et duos Cho as capere, & ideo ſolis heroibus dari, utpo te bibacioribus Nam & regibus Spartano rum in conuiuio Cotylas binas dari ſolitũ fuiſſe, apud Herodotum legi, cum cæteris ſola Cotyla daretur. Vnde oſtenditur ali= quanto parciores uini ueteres fuiſſe, quàm nunc noſtrates hoïes ſint. Nã & Græca can tio Plauti in Stricho, ſolos denos Cyathos concedit.

concedit. Horatius nouem, quoniam tres prohibet supra, rixarum metuens tangere gratia. Interpres tamē Aristophanis, & Suidas ab hac sententia dissidere uidētur, qui cotylas octo in Attico Choeo esse dixerūt, quasi Athenienses cum in Chœnice à cæteris dissentirent, quā alij Chœnica dicebant ipsi Choa appellarent. Quo fit necessario, ut duplicē Choa eos habuisse dicendū sit: alterū, quo in humidis forte utebant, minorē: alterū, quo in aridis maiorē, uasculū enī triticiū Chœnice angustius nullū ipsi habebant. Amphora quoq; nō eadē Athenienſi bus & cæteris Græcis fuit. Quandoquidē Palæmon scribit, nostra amphora Atticā maiorē etiā Vrna fuisse, unde cōsequens est ut Sextarios habeat duos & lxx. sitq; eadē mensura, quā illi Medimnū dicūt, nisi quòd hæc liqdorū, ille tritici erat. Cæteri Græci, ut interpres Nicandri scribit, etiā Metretā appellant, uel Cadū, ut et Palæmon ait, nā Metreta & Cadus idem sunt, ut ex quorundam sententia etiam Pollux refert. Hesychius quoq; Amphoram & Cadum interpretatur esse ὃ κεράμιον. Nec me mouet, quod in impressis Dioscoridis codicibus libro 5. ubi de Helleborite uino agit, Metretā Choasi, id est, x. pendere legatur, nam corruptissimum illū locum quisquis legerit, faci

Amphora.

Metreta Cadus.

le deprehendet, deesseq; arbitror ß. ut scripserit Dioscorides Metretã esse Choas ιß id est, duodecim, quæ mẽsura est Sextariorum lxxij, nec ab his quæ communi consensu tradũtur, ex singulari aliquo testimonio facile recedendum est, cum maxime lubricus Græcis sit error, in mensurarum præsertim notis. Apud Syros tamen Metretam Sextariorum cxx fuisse, interpres Nicãdri scribit, sic ut Medimnum Sextariorum cij apud eosdem, ut opinor, Syros. Censeo igitur Metretam, Cadũ, Medimnũ, Amphoram Atticam eiusdem fuisse põderis, ut uidelicet Amphorã nostram pendeant itẽq; Vrnam. Hieronymus in Esaiam libro secũdo κεράμιον interpretatur non Amphorã sed Lagunculam, uerum ad formam uasis magis respexisse mihi uidetur, quam ad põdus. Superest ut de Mina dicamus. Et Atticam centum Drachmarum esse, notius est quàm ut probatiõe indigeat. Quapropter & Plinius supradicto libro xxi. capite ultimo sic legi posset, ut Minam scribat, quam & nostri Minã uocant, habere Drachmas Atticas centum, quem locum ita etiã à pleriscq; recentioribus correctum uideo. Cæterorum autem Grecorum, Paulus Aegineta Minam unciarum esse sedecim author est, Romanã uero unciarum uiginti. At interpres

Mina.

pres Nicandri Minam ſimpliciter unciarũ eſſe ſedecim, & ipſe ſcripſit. Quæ uero Italica Mina uocetur, eſſe libræ unius ſemiſſis. Quę ſententia mihi uidetur uerior ut Græci Sextarium noſtrum non ſolum ξέστην. alienam ab ipſis uocem, ſed Italicã quoq; Minam uocent, quæ Vnciarum noſtrarũ quindecim ſit. Quapropter Plinius, cum apud ſcriptorem Atticum Minam reperit, uertit ſimpliciter Libram: minimum enim Libra noſtra & Attica Mina differunt, nimirum quatuor ſolis drachmis. At cum eandem uocem ad alĩs transfert, Libram inquit, & Quadrãtem, quod libro decimo quarto, ubi de Oxymelle, itemq; Cẽchrite uino agit, poteſt agnoſci: tametſi ſint, qui non ſatis in hoc Plinium probent. Sed ipſe uix mihi perſuadere poſſum, ut exiſtimem in re tam ſeria Pliniũ nõ fuiſſe diligentiſſimum, quoties enim de menſura nõ agitur: ſed de uaſculi forma, parum refert, ſi pro Xeſte, qui Sextarius eſt, argenteum Cyathũ dicat, aut pro Cotyledone, qui Heminæ capax eſt, acetabulum, qui Oxibaphus eſt, ſcribat, quoniã tunc de forma uaſis, nõ de menſura tractatur. Sed ubi de his medicamentis agitur, quæ ex minima adiectiõe diminutione uel ſalutem uel mortem afferunt, quis credat tanti iudicĩ hominem nõ

fuisse oculatissimum? Et hæc de maioribus mensuris, ponderibus uel sufficiant, minores paucioribus attingẽdę sunt. Ponduscu=
Lentis semen. lum minimum est lentis semen, cuius duo
Granulum. granulum tritici conficiunt, granulo huius modi paulo amplior est Chalcus, de quo supra dixi. Granula quatuor Ceration, id est,
Ceration Siliquam pendunt, est & Græcis Therme,
Siliqua itemq; Paroxis pro leuissimo pondere, sex
Therme. uidelicet, granulorum, tres Siliquæ Obo=
Paroxis lum constituunt, Oboli duo Gramma, id
Obolus est, scrupulum, Oboli tres Coclear, Rhem
Gramma nio Palæmoni & Isidoro, licet interpres Ni
Scrupu= candri quatuor dicat, quandoq; & nouem
lum. sed tunc de Cumulato forte intelligitur cu
Coclear. ius et L. Columel. libro ultimo meminit.
Drach= Oboli sex Drachmam, quæ Atticis eadem
ma. est cum Olea, itemq; cum eo, quod Cariũ
Olea. Ponticum uocant, eandem & cum Chyme
Carium. uidetur existimasse Palæmon, nisi q; Chy=
Ponticũ me ad mensuram. Drachma ad pondus ma
Chyme gis refertur. Oboli octo stagium, qui & sex
Stagium tula Latinis dicitur, cuius põderis est aure
Sextula us numus, qui Solidus in Iure appellatur.
Solidus Sunt & ex Græcis qui δηνάριον nuncupẽt, aliud, uidelicet, pondus à nostro Denario, qui Drachmę Atticę ęqui pollet. Oboli du
As. odecim Assem, quẽ Græci ἀσσάριον dicunt
Sicilicus. est & Sicilicus, qui Palladio, & L. Columel

læ, &

læ,& Plinio lib. xviij. cap.xxxij. authoribus,duas drachmas in se habet. Obolis edecim Duellam Latinis. Oboli xviij. Mystrum paruum, quod quidam & Chymen uocant, huius mensuræ nomen Latinum nec Columella quidē libro ultimo,capite uigesimo primo reperire potuit.Paulus tamen Aegineta Chymen quandam magnā nominat.quę sit Obolorum xxxvi. Memi nit eius & interpres Nicandri sed corrupto codice,in quo uulgo legitur. μνᾶς μικρᾶς, pro χύμας μακρὰς ἤτοι μύστρα μακρὰ Oboli xxiiij. Staterem, id est, Semunciam eiusdem ponderis,cuius Mnestrō, & Siclū itemq; Carium Regium, & Ectomorion, & Cyathus ęgyptius,& Libra Attica. Nec me mouet, quod Iosippus, atq; Hieronymus libro Commentariorū in Ezechielē decimoquarto,Stateram,& Siclum tradūt Obolus xx. pendere,quia de Atticis Obolis intelligi debent, de quibus supra dixi, nunc enim de cōmunibus Grę corum ponderibus solum loquimur. Stateres duo Vnciam,itemq; quod Grę ci magnum Lytron dicunt, Oboli xxxvi. Chymen magnam, itemq; Mystrum magnū, Oboli xlviij. Vnciam. Oboli lxxij. Cyathum. Vncię duę quibusdam id pondus constituunt, quod ὀλκὴ magna dicitur. Sed & Oxibaphus,

Duella
Mystrū
Chyme
Stater.
Mnestrō
Siclum.
Carium
regium
Ectomo-
rion.
Ciathus
Aegypti
us.
Libra.
Attica
Lytron
Magnū
Olce
Oxiba-
phus.

Acetabulum. quem nos Acetabulũ dicimus, Vncias duas habet, itemq; Obolos duodecim, quæ

Hemina quarta pars est Heminæ, quam Cotylam

Cotyla Græci uocant, quidam ex latinis etiã Lancem. Et hæc quidem de ueterum mensuris humentium q; & aridorum ponderibus dicta sufficiant, unde et mensurarum, quibus nos in præsentia uitmur, ratio iniri potest,

Vncia noua. Vncia enim apud antiquos eadẽ fuit, quæ & nũc est, cuius rei duplex est argumentũ: alterum, quod Plinius libro xxxiĩ. capite tertio author est, aureos, qui apud ueteres didrachmales erant, xlviĩ. in Libra fuisse hodie uero cum noster Aureus Drachmalis sit, uidemus xcvi. in ea appẽdi, & paulo plus propter Colybum & authoramentũ principalis monetæ: alterũ est, quod etiam num reperiũtur uetera Nomismata cũ hac * Denariĩ nota, eiusdem ponderis, cuius Drachma est nostra. Denarium autẽ idem quod Drachmam fuisse, supra docuimus: quod si qui leuiores Denariĩ reperiãtur, id ex intertrimẽto euenit, uel quia aliqui principes propter difficultates numarias leuiore pondere eos percusserint, quod quandoq; factitatũ: Plinius eodem loco author est, cuius uerba præpostere in sermonis cõtextu posita, crucem fixere Grammaticis, dum eorum intellectum nequeunt assequi,

nos

nos sic intelligendum arbitramur, cū prius docuisset Denarium decem Asses ualere, & quatuor Sextertios nūmos in denario esse, primo bello Punico imminutum pondus tradit, & tū percussos fuisse Asses dextantario pondere, id est, duabus Vncijs minus, unde & Sextantarij dicti sunt, quia Sextās illis deesset, ita quinta parte facta lucri, dissolutū est æs alienū. Duæ enī Vnciæ quinta pars est Dextantis, nec tamen magno detrimento populi affecti sunt, ut Festus scribit, cū solum quinta pars eis abesset, unde cōijcitur male, & contra ueterū codicū fidem, hūc locum ab his corrigi, qui quinq; partes, non quintam partem legunt, maximum enim damnum id esset, si pro duodecim solæ binæ Vnciæ restituerētur. Postea Hannibale res in Italia gerēte, facti sūt Vnciales asses, sic dicti, quod alia Vncia ultra Sextantem alias deminutum illis detracta esset. Ita respublica dimidium lucrata est, eius quod dempto Sextante lucrifaciebat. Mox maiore urgente necessitate, lege Papyriana, Secūtiales Asses facti sūt, detractaq; etiā alia Vncia Semis, quo fit, ut p duodecim solæ septem cū dimidio penderentur, qua ratione sequebatur, ut Sextertius quatuor Assibus, Denarius sedecim æstimaretur. Sic ergo legenda est illa clausula, & in

Vnciales Asses

Secuntiales Asses

ſuum locū reſtituendum, quod peruerſum erat, mox lege Papyriana Secuntiales aſſes facti, placuitq; Denarium ſedecim Aſſibus permutari, quinarium octonis, ſeſtertium quaternis. Subiicit deinde Plinius, aureū nummum percuſſum, ita ut Scrupulū ualeret Seſtertios uicenos, quod efficit in Libras ratione Seſtertii, qui tūc erat Denarios nongentos, poſt hęc placuit xliii. ſignari ex auri Libris, paulatimq; principes imminuere pondus, minutiſſime uero ad 48. Notas enim numerales iiii. itemq; iii. imperiti Librarii propter ſimilitudinē literæ m, millia ſignificare crediderunt, nec computatio Plinii à uero abhorret, ut recentiores exiſtimarunt. Cū enī in Libra ſint Scrupula 188. ſequitur ualuiſſe Seſtertios nummos 5760. hoc eſt, Denarios M. ccccxl. At tunc Denarii ſedecim Aſſibus ualebant, unde ſi ſingulis diducantur, ſexilli Aſſes ſecūdum æſtimationem Pliniani temporis, ea ſumma redigetur ad Denarios nōgentos, hocq; uerum eſſe de abaco diligens ratiocinator ſtatim deprendet. Sed hæc hactenus.

Budæi

BVDAEI

QVAEDAM DE MONETA Græca, ad Gallicam pecuniam æstimata.

MIna Græcâ, Drachmas centum continens, Gallico ære æstimari potest xvij. Francicis, & x. Solidis Turonensibus.

Stater, aureus Atticus, qui fuit pondere unciali, par erat ualore Minæ Græce.

Drachma, pars Minæ fuit centesima, & ualuit tres Solidos, cum sex denariolis Turonensibus.

Didrachmum, quinquagesima pars Minæ æstimari potest ære Gallico septem Solidis Turonensibus.

Bos, pecunia Attica, simliter septem Solidis æstimari potest, quia Didrachmus erat. Hinc illud Adagiū, Bos in lingua. Et, quod eiusdem sententiæ est, Bos linguæ insidet.

Tetradrachmum, xxv. pars Minæ, æstimatur xiij. Solidis Turonensibus.

Stater argenteus apud Athenienses, quia Tetradrachmus erat, eiusdem ualoris fuit.

Siclus item, Hebræorum pecunia, eiusdem ualoris fuit, nempe xiij. solidis.

Bibliotheca Imperialis

DRACHME PARTES

Obolus, ſexta pars Drachmæ, vñ. Denarios Turonenſes.
Seſquiobolus, iñ. Liar, & dimidium.
Diobolus, xiiñ. Denarios Turonenſes.
Triobolus, vñ. Liar.
Tetrobolus, ñ. Solidos, iiñ. Denarios Turonenſes.
Ciſtophorus, xix. Denarios, ñ. Pictas, & tertiam partem Pictæ.

OBOLI PARTES.

Hemiobolium, iñ. Denar. Turoneñ.
Semiobolus. & ñ. Pictæ.
Triens, non tertia pars, uerum tres partes, ſiue Dodrans Oboli erat, & eſtimari poteſt quinq; Denariorum & unius Pictæ.
Chalcus, tres Pictæ & ſemis erat.
Dichalcus, ſeptem Pictæ.

DE MONETA ROMANA, & primo de Aſſe æreo.

As decima pars Denarñ, ualebat quatuor Turonenſes Denarios, & unius Denarñ Turonenſis quintam.
Semis, Denarñ Romani pars uiceſima, ñ. Denar. Turoneñ. & unius decima æſtimari potuit.
Quadrans, xl. Denarñ pars, æquabat unũ Denarium Turoneñ, cum xl. parte ſui.

Triens

Triens, xxx. Denarij pars, ualuit unum Denarium Turonen. & eius binas quintas.

Sextans, xl. pars denarij, ualuit duas Pictas & unius pictæ octauas decimas.

DE ARGENTEO Romano.

Sestertius, siue numus argenteus, erat quarta pars Denarij Romani, tres Liar, & dimidiatum ualēs, sicut apud Græcos Sesquiobolus.

Denarius Romanus, ita ut Græca Drachma ualuit tres Solidos, & sex Denarios.

DE AVREO Romano.

Aureus Romanus, pondere Didrachmali primum fuit centum numis æstimatus, hoc est, quatuor Francicis, septem Solidis, & sex Denarijs Turonensibus. Quēadmodum enim Græci Aureum suum Statera pondere Vnciali, & Argenteum Statera pondere Semiunciali, siue Tetradrachmali percusserant. Sic Romani Denarium suum argenteū pondere Drachmali, & aureum didrachmali esse uoluerunt, ut apud utramq; gentē aurei pondus esset duplum, si cum Argentei pondere conferretur.

Aureorum autem istorum Didrachmaliū quatuor complebant Vnciam, octo & quadraginta Libram, hinc æstimantur.



Centum Aurei honorarium Aduocatorū olim.ccl.Coron. Verū malignitate temporū immutata moneta, factū est, ut aurei excuderentur, ut leuiores, ita & uiliores, quorum sex implerent unciam, & lxxñ. Libram. Inde æstimantur singuli aurei non centum, sed lxvi. nummis & obolo, hoc est, duo de sexaginta Solidis & quatuor Denarijs Turonensibus. Huiusmodiq; aureus uocatur Solidus, hoc est, integer, qa eo seculo, quo hic fuit, ut dicitur, cursum habuit, excudebantur etiam minores aurei, nempe Semisses, qui erāt Solidi dimidiati, çstimabiles triginta tribus Sestertijs, numis & semiobolo, hoc est, xxix. solidis Turonen. & duobus Denariolis. Item Tremisses, qui erant solidi tertia pars, qui poterant çstimari xxii. sestertiis, & Oboli tertia, hoc est. xix. solidis Turonen, & quinq; Denariis

nariis & una tertia. Horū meminit Lampridius in uita Alexandri. Vocabatur item Solidus Isidori seculo, Sextula, quia sextā partem Vncię pendebat, nempe quatuor scrupula, siue xxiij. Siliquis. Poterit autem Siliqua aurei solidi ęstimari duobus Solidis Turonensibus, quinq; Denarijs, & unius sexta parte.

DE MENSVRIS.

As primus.

Sextarius Romanus Dipondius erat, Sesquicheopinam continens, cuius duodecima pars fuit & Vncia Cyathus.

Cyathus, qui ut ait Hesychius, duas uncias liquoris capiebat.

Deunx	xi	Cyathi.
Dextans.	x	
Dodrans	ix	
Bes	viij	
Septunx	vij	
Hemina	vi	
Cotyla		
Quincunx	v	
Triens	iij	
Quadrans	ij	
Sextans	j	

Oxibaphus, Sesquicyathus.

AS SECVNDVS.

Congius, duodecim Librarum erat, totidem Heminas capiens, hoc est, quatuor Pintas, & Cheopinam.

Lagena, Congium æquabat.

Chus, Bes Cōgñ, viiñ. Heminæ, iiñ. Pintæ.

Tertiarius, Chœnix, Gomor } Congñ Triens, iiiñ. Heminę Sesquipinta.

Quartarius, Congñ quadrans, iiñ. Heminę

Sextarius, Congñ Sextans, duæ Heminæ, Sesquicheopina.

Cadus, Metreta } Decem Chongñ. xlv. Pintæ.

AS TERTIVS

Vrna duodecim Chœnicum capax. xviiñ. Pintas continebat.

Modius, Bes Vrnæ, duodecim Pintæ.

Semodius, Triens Vrnæ, sex Pintæ.

Congius, Quadrans Vrnæ, quatuor Pintę

Chus, Sextans Vrnæ, tres Pintæ.

AS QVARTVS.

Modius, xiñ. Xestas capiebat. Xestes enim ut ex Suida colligitur, duodecima pars Modi erat, xiñ. Pintæ.

Semodius, quē Græci ἡμέκτα dicere possumus, quod Semisextans medium sit, vi. Xestas, id est, Pintas continens, dicitur

tur & δίχοσ, quia bis Choa capiat.
Chus, Quadrans Modij, tres Pintæ.
Choœnix, Sescunx Modij, Sesquipinta.
Xestes, Vncia Modij, Pinta.
Demensum, teste Donato, quatuor Modiorum fuit. xlvij. Pintæ.

AS QVINTVS.

Amphora, duodecim Choas, xxxvi. Pintas continebat.
Hemimedimnus, Stannum, Cerannium, Cybium.
Quadrantal, eadem cum Amphora.

Triteus, Bes Amphoræ. xxiij. Pintæ
Vrna, Semiamphora. xxvij.
Modius, Triens amphoræ xij.
Semodius, Sextãs Amphoræ. vi
Chus, Vncia Amphoræ. ij
Culeus, uigiti amphoræ capiebat

AS SEXTVS

Medimnus, aridorũ mensura. xij. habebat.
Hemiectea, lxxij. Pintæ. Erat autẽ Hebræis
Batus, Dodrans Medimni, Sesquiamphora. xlviij. Pintæ.
Hemimedimnus, Semis Amphora. ij. Modij. xxxvi. Pintæ.
Triteus, Triens, j. Modij, xxiij. Pintæ.
Hecteus, Sextans. Modius, xij. Pintæ.
Hemiectea, Vncia. Semodus. vi. Pintæ,

VNCIAE PARTES.

Semuncia	℈	Pars Vnciæ.
Duella	ii℈	
Siciliquum	iii℈	
Sextula	vi	
Drachma	vii℈	

DRACHMAE Partes.

Scrupulum	ii℈		xxli℈
Obolus Drachmę	vi	uncię	xlvii℈
Semiobolus	x℈		xcvi

Siliqua ſiue Ceratium, Scrupuli vi. pars, Drachmę xvii℈. Vnciæ cxliii℈.

GVLIELMI

BVDAEI PARISIENSIS SE= cretarñ Regñ, Breuiarium de Asse & partibus eius.

S, QVI ET ASSIS dicitur, in duodecim uncias distribuitur. As quaternos denarios nostros ualuit & pauxillo plus. Sic fit, ut duo asses & semis, Sestertium faciant, id est, caroleum nostrum & semissem denarioli.

Duo asses, sextans dicebantur, quod nomisma paruum fuit, cuius meminit Plinius & Liuius.

Quadrans etiam numulus, & ualebat assis quartam partem, & Triens tertiam. Semis autem duos quadranteis ualebat.

Apud Græcos drachma in sex obolos diuisa est, & in trienteis, quadranteisq;. Sesquiobolus Athenis erat Romæ sestertius.

Sestertius, & numus idem erant apud Romanos.

Sestertius æstimatione nostra decem turonicis

ronicis denariolis, & semisse denarioli ualuit.

Denarius quaternos sestertios numos ualebat, hoc est, quaternos caroleos nostros, & binos denariolos turonicos, ex eo dictus denarius, quod pro decem assibus locaretur æreis & cederet in solutum.

Sestertius ex eo dictus est, quod duos asses, & semissem ualeret. Qua ratione quaterni sestertij denarium Romanum ualebant. Et sestertius dictus, quia tertius semis est, duo sunt solidi asses, & semis, hic etiam numus dicebatur, & argenteus erat. Hic

Libra Romana, quæ & mina, & pondo dicitur, centenos denarios, seu quod idem est, centenas drachmas habebat. Cum igitur denarius quaternos sestertios æquaret pondere & æstimatione, liquet in libra Romana quadringentos fuisse sestertios, & in duabus libris & semilibra, mille sestertios: qua ratione fit, ut sestertia singula numero plurali millenos sestertios ualeant, hoc est, duas libras, & semissem. Vt enim sestertius numus dicitur ex eo quòd duos asses & semissem ualebat, hoc est duas libras æris grauis & semilibrã. Ita sestertia numero plu- Hæc

rali & genere neutro ideo dicũtur quod singula duas libras & semilibram argenti ualerent, hoc est, ducentos & quinquaginta denarios siue mille sestertios quod idem est Sic fit ut decem sestertia & decem milia Sestertium nummorum pro eodem ab antiquis dicerentur..

Mille sestertij æstimatione nostra uiginti quinq; Coronatorum ualent. Dicitur autem mille sestertij & mille numi uel mille sestertium & mille numum uel copulate mille sestertium numum.

Cum aũt mille sestertij, id est, ducenti quinquaginta denarii, duas libras Argenti & semissem ualerent. Sequitur ut libra Romana quæ & mina dicitur & pondo decem aureos coronatos ualuerit. Coronatos autẽ ita intelligi uolo ut singuli triginta quinque solidos ualeant quod est legitimum pretium.

Igitur decem milia numum, uel decẽ milia sestertium, quod idem est, ducentos & qninquaginta aureos coronatos ualebãt. Hæc & decem sestertia dicuntur cũ singula sestertia singula milia significant.

Decies sestertium, idem est, quod decies centena milic sestertiũ, quæ summa centies

ties maior est decem sestertijs. Idem enim est, decies sestertium quod mille sestertia Cū enim singula sestertia millenos numos sestertios ualeant, si mille sestertia milies multiplices fient decies centena millia, quē lingua uernacula milionem uocant.

Decies igitur Sestertium centies ducentos et quinquaginta aureos ualet, hoc est, uiginti quinq; millia sic fiet ut milio Romanus uiginti quinque milia Coronatorum ualeat.

Hoc igitur tenere oportet quod quemadmodum cum à numis sestertijs ad sestertia genere neutro fit transitus, numerus milies multiplicatur. Ita quum ad eam locutionem uentum est, quæ per aduerbia numeralia enunciatur, sestertia singula condupli cata crescunt, ut uerbi gratia. Si centum sestertia dicam centum milia sestertium intelligere debeas. Quod si cēties sestertium dicam, non iam centum sestertia, sed centies centena sestertia, seu centies centena milia sestertium, intelligendum sit.

Vt autem facilis, & obuia sit unicuiq; earum summarum intelligentia, quæ apud authores identidem leguntur, hoc meminisse oportet, quod sequitur, ut quæuis

ſumma etiam in digitos deduci poſſit ſine calculis aut abaco.

Decem ſeſtertia Ducenti quinquaginta aurei.

Viginti Seſtertia, quingenti aurei.

Triginta Seſtertia ſeptingenti & quinquaginta.

Quadraginta Seſtertia mille aurei.

Quinquaginta Seſtertia mille ducenti quinquaginta.

Sexaginta Seſtertia mille & quingenti.

Centum Seſtertia Duo millia & quingenti.

Ducenta Seſtertia quinq; milia.

Quadringenta Seſtertia decem milia coronatorum Cenſus equeſtris ſub Iulio Cæſare.

Quingenta Seſtertia, duodecim milia & quingenti.

Sexcenta Seſtertia quindecim milia.

Octingenta Seſtertia uiginti milia cenſus Senatorius ante Auguſtum.

Mille Seſtertia uiginti quinq; milia.

Mille ac ducenta Seſtertij Cenſus Senatorius ſub Auguſto.

Notandum quod ſupra mille Seſtertia Romani ferè ſemper per aduerbia loquebantur

quebantur, infra mille nunquàm per aduerbia loquuti sunt hoc modo.

Decies Sestertium, id est, mille sestertia, uiginti quinq; milia.

Duodecies Sestertium triginta milia aureorum. Census Senatorius sub Augusto.

Quindecies Sestertium, triginta septem milia & quingenti.

Vicies Sestertium quinquaginta milia.

Tricies Sestertium septuaginta quinq; milia aureorum.

Quadragies Sestertium centū milia aureorū.

Quinquagies Sestertium centum uiginti quinq; milia aureorum.

Sexagies Sestertium centum quinquaginta milia aureorum.

Centies Sestertium ducenta quinquaginta milia aureorum tanti estimatus est unio Cleopatræ

Quadringenties Sestertium. Decies centena milia, id est, milio, milies mille, id est, milio, tanti estimatus est à Plinio ornatus Lolliæ.

Milies Sestertium, uicies quinquies centena milia, id est, duo miliones & quingenta milia.

Bis millies Sestertiū. Quinquagies centena milia cēsus Lētuli auguris sub Augusto.

Quater milies Sestertium decem

miliones dicuntur hoc est centies centena
Decies milies sestertium uigin= (milia.
ti quinq; miliones.
Quadragies millies sestertium centum miliones.
Vicies septies milies sestertium coegisse Tiberius dicitur, id est, sexaginta sex milio nes, & quinquaginta milia aureorũ coro= natorum, ut nostro sermone loquar.
Libra Romana in duodecim uncias & se miunciã diuiditur, & uncia in octonas dra chmas. Sic fit ut centenæ drachmæ libram & minam, seu pondo faciant.
Drachma in terna scrupula diuiditur. Sic fit ut sint uicena quaterna scrupula in uncia. Parisienses drachmam grossum ap= pellant, & scrupulum appellant denarium, & binæ drachmę Sterlini quinq; dicuntur id est, quadrans unciæ.
Hæc de pondere dicta sufficiant.

GRAECORVM SVPPVTATIO.

Mina apud Græcos idem est quod libra & pondo apud Romanos. Hæc centũ dra= chmas cõtinebat, hoc est, ter centũ denari= os Romanos, seu quadringẽtos sestertios.
Mina igitur decem aureos coronatos ua luit. Et drachma tres solidos turonicos & semissem.

semissem, quanti, scilicet, denarius Romanus æstimatus est à nobis, hoc est, quaterni numi.

Talentum multiplex fuit, ut in libro nostro latissime enarratum est, sed talentum Atticum quod plurimum celebratur ab historicis, sexaginta libras ualuit, seu minas, hoc est, sex milia denariorum, uel drachmarum; quæ sexagies denos coronatos ualent, hoc est, sexcentos.

Talentum	sexcenti aurei.	
Decem talenta	sex milia aureorum.	
Quindecim talenta	nouem milia aureorũ.	
Viginti talenta	duodecim milia.	
Quinquaginta talenta	triginta milia aureorum.	Xij. sestertium
Centum talenta	sexaginta milia.	XXiij. sestertiũ
Ducenta talenta	centũ milia & uiginti.	Ducenties quadragies sestertiũ
Quadringenta talenta	ducenta & quadringenta milia.	
Mille talenta	sexcenta milia.	
Duo milia talentũ	mille & ducenta milia.	Bis millies & q̃dringenties sestertium
Decem milia talentum	sexagies centena milia.	

Tanti funeraſſe Alexander Epheſtionem dicitur.

BREVIARII BVDAICI DE ASSE FINIS.

corum numorum ad Crucia-
tos Germanicos.

Quinq; denarioli Turonici ualent uno Cruciato Atheſino.

Caroleus numus ualet duobus Cruciatis.

Coronatus aureos ualet quatuor capitibus, quos teſtones uulgus appellat, hoc eſt, octoginta Cruciatis uel paulo plus, præſertim ſi ſit ſolatus.

Groſſus Parienſis ualet ſex Cruciatis. Tantidem ualet Groſſus Argentoratenſis, uulgo ein ſchilling gros.

Solidus Turonicus, hoc eſt, duodenarius, quem uulgus Gallorum Duſſenum uocat, ualet duobus Cruciatis ad ſupputationem Baſilienſem: Ad Lugdunenſem uero duobus denariolis amplius.

Caroleus ualet decẽ denariolis Turonicis.

Solidus Turonicus ualet duodecim denariolis Turonicis, hoc eſt, duobus Cruciatis.

Solidus Sterlinorum ualet tredecim denariolis Turonicis.

Supputa-

SVPPVTATIO ASSIS ET Partium eius ad monetam Basilienſem.

As uel assis, res quæuis in parteis duodecim diuisa. Est autem liquidorum, ut assis uini: Ponderum, ut libra: Monetæ, ut alibi solidus, alibi Plaphardus, alibi duodenus. Hæreditas etiam assis dicitur, ut sæpe apud historicos & iurisperitos. Item Zodiacus, & omnino (ut diximus) res quam in parteis duodecim partimur. Exemplum de moneta Basilienſi.

1	Vncia	ein helbling.
2	Sextans	ein rap, alias ein angster.
3	Quadrans	dry helbling.
4	Triens	ein fierer.
5	Quincunx	ein krutzer, alias ein funfer.
6	Semis uel semissis	ein halben plaphart, alias ein sechser.
7	Septunx	siben helbling.
8	Bes uel bessis	ein duppel fierer.
9	Dodrans	ein halbē schuuitzerbatz
10	Dextans	ein halbē costentzerbatz
11	Deunx	ein lieffhelbling
12	As uel assis	ein plaphart, alias ein schilling.

NOMINA

MENSVRARVM AVTHORE Philippo Melanchthone

Sextarius in Myropolijs adhuc in usu est. Conuenit autē cum ea mēsura, quę Vuittenbergæ dicitur ein Nossel sed continet minus quarta fere parte eins Nossels. (las.

Sextarius duas Heminas cōtinet seu Cotu Hemina, Cotula, Acetabulum, eadem.

Sextarius, duodecim Cyathos continet, in qs eū Romani tamq; Assem in uncias distribuerūt. Sic accipiendū est illud, Neuia sex Cyathis, septē lustina bibatur. nā tot cyathos bibebant in cōniuijs, qt literę erāt in Amasię noie. Et Suetonius scribit Augustum solitum senos Sextantes bibere, id est, sextarium. Nam sextans duos Cyathos cōtinet, tamq; duas Vncias.

Congius sex sextarios continet, seu duodecim Heminas. Congius ferè drey Vuittenberger kannen. (gius est.

Chus octo Heminas, quibusdam etiam Congius est.

Metreta, Cadus, idem, decem Congij.

Metreta minus aliquanto quā 30. kannen.

Modius sedecim Sextarios continet.

Amphora, tres Modios, Græce dicit κεράμιον

Medimnus, sex Modios, ein malter.

Chœnix, iij. Cotulas, seu duos Sextarios.

Christus

Christus nuptias in Cana non tenui mune re ornauit, cũ uinum fecit. Nam sex Hydriæ continebãt ferè sex eymer, si singulæ capiebãt binas Metretas. Nã duę Metretę conficiunt fe rè 60. kannen, si exacte mensures, quarta pars ut supra significaui, detrahenda erit.

VOCABVLA REI NVMMARIAE.

Drachma ponderis nomẽ est, ein quint. Et mansit ea appellatio hactenus in Myropolĩs, ubi si quis uolet expẽdere partes libręe, drach mę põdus inuenict. Cum aũt drachmę nomẽ solum ponitur, Attici semp intelligunt argen teũ numum, eo põdere. Quantũ ualeat ipsum põdus indicat ein quint sylber. Nos nõ tradi mus exactissimam rationẽ pretĩ, nam de hac cõsulendi sunt aurifabri. Et pretia auri atq; ar genti uariant aliquantũ temporibus. Potest autem inde Drachmę pretium æstimari.

Decem drachmæ ualent uno Coronato.

Octo Drachmę ualent ferè aureo Romano.

Duę igit drachmę ualẽt ferè quarta aurei pte.

Denarius, teste Plinio, prorsus drachmę Attí cæ põdus habet. Proinde ubiq; in historia ueteri scias drachmã & denariũ idẽ signifi care, & tantundẽ ualere. Altera Romana ap pellatio fuit, altera Græca. Dicitur autem Denarius, quia ualebat decem assibus.

Decem Denarĩ ualent uno Coronato.

Octo Denarij ualent ferè aureo Renano.

Duo Denarij ualent ferè quarta aurei Renani parte.

As quondam æneus fuit, & significat libram æris. Quantū ualeat, æstimari potest, cū denariū in decē asses partimur, ualebit em̄ As ferè tribus numulis Mysorū, cū denarius ualeat circiter triginta numulis Mysorū. Nā ut nunc sunt pretia auri, aliquāto plus ualet aureus Renanus, quam octo Denarij.

As in duodecim Vncias distribuitur.

Sextans, unciæ duæ, id est, sexta pars Assis.

Quadrās, uncię tres, id est, quarta pars Assis. Fuit usitatissimus numus æneus Romæ q̄ tribus uncijs etiā dicebatur teruncius. Martialis Sportulā, hoc est, pecuniā quā diuites clientibus suis qui eos sectabantur, quotidie dabant, dicit fuisse centum Quadrantes.

Quadrās circiter anderhalbē heller Mysorū.

Triens, quatuor Vnciæ.

Quincunx, quinq; Vnciæ.

Semissis, sex Vnciæ, circiter drey heller.

Septunx, septem Vnciæ.

Bes. octo Vnciæ.

Dodrans, nouem Vnciæ.

Dextans, decem Vnciæ,

Deunx, undecim Vnciæ.

As duodecim Vnciæ.

As, & pondo æris, æneam libram significāt, inde

inde Dupondius, id est, duo asses.

Dupondius, circiter sex pfennig Mysorum.

Sestertius, quasi Sesquitertius, significat enim duos Asses & Semissem, quare & his notis pingitur IIS. Duæ liniæ priores significant duo, & S. significat Semissem. Erat autem Sestertius genere masculino numus argenteus, qui ualebat quarta Denarij Romani parte, quatuor enim Sestertij decem Asses efficiunt. Valet autem Denarius decem Assibus. Valebat itaq; Sestertius circiter vij. pfenning Mysorum, aut ferè grosso Marchico.

Mille Sestertij ualent 25. Coronatis.

Cum nomen, numus, solum ponitur, significas Sestertium numum.

Mille Sestertij,
Mille sestertium numum,
Mille numum, eadē, 25. coronatis.
Mille sestertium.

Ex illo genitiuo plurali facimus nomen generis neutri, Sestertium, propter breuitatem abiecta uoce mille. Proinde Sestertium genere neutro significant 25. Coronatos. Idem igitur significant mille Sestertium, & sestertium genere neutro, Decem milia sestertium, & decem sestertia. Sic & de similibus iudicabis, idq; obseruare in authoribus, ualde prodest.

Decem Seſtertia, ccl. Coronati.

Eſt & alia figura, decies Seſtertium. Scias igitur, quoties hoc modo addimus aduerbium numerale uoci Seſtertium, oportere ſubintelligi centum.

Decies Seſtertium, id eſt, decies centũ Seſtertia. xxv. milia Coronatorum.

Decies Seſtertium, Decies mille ſeſtertium, eadem. Nam mille aliàs repetitur, aliàs omittitur ſine diſcrimine, ut ſupra admonui. Hæc æſtimatio rei nummariæ teſtes habet certiſſimos, Plinium & Plutarchum, ut de ea lector dubitare nihil debeat.

Mina, Græce μνᾶ, Latine Libram ſignificat, quæ continet centum Drachmas, ualet igitur Coronatis decem. Nam de argento uſurpatur.

Obolus, numis Myſorum ferè quinq;. Nam Drachma continebat ſex obolos.

Octo Chalci ualent obolo Attico. Itaq; Chalcus apud Myſos plus aliquanto eſt, quam ein heller, λέπτα ſeptem efficiunt unũ Chalcum.

Talentum, ſexcenti Coronati, continet enim Minas ſeu Libras ſexaginta.

Stater, pondus eſt quatuor Drachmarum. Et cum de argento uſurpatur, ſignificat numum Tetradrachmum. Nam hoc genus numorum in maximo uſu fuit, & adhuc extant